

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 62. 2) Non vero ordinario.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

acceptatione fopra protefto etc., non eft quod hic plura moneam, ne ex ifto, quod mihi percurrendum propofui, ftadio nimis aberrem *).

SECTIO VIII.

Effectus omiffae proteftationis.

§. 61.

1) *Proteftationis omiffio processu cambiali privat.*

Jus processu cambiali utendi prorfus amittitur ab eo, qui proteftationem vel omnino omiffit vel faltim non tempore praefcripto et neceffario (§. 45.) instituit **); et ifte quidem, quoniam probatione confeffim liquida et in processu cambiali admiffibili (§. 6. lqq.) deftituitur; hic vero, quia proteftatio tardius facta non docet, nullam in mora culpam effe verfatam, nec omnino de iis teftetur, quae ufque ad proteftationis institutionem forte acciderint, cum notario non nifi circa hoc, quod in fenfus ejusdem cadit, fides habenda fit, et fimilis femper circa instrumentum judiciale ratio occurrat.

§. 62.

2) *Non vero ordinario.*

Omiffio vero processum cambialem instituendi jure, non omnino excidit omnis juris profecutio. Salva in

G 2

ge-

*) Non vero omnino fufficere deperditis ipsis literis cambialibus folum proteftationis instrumentum ad processum cambialem fundandum ex ipsius proteftationis natura fupra exposita facile patet cf. etiam *allg. pr. LR. P. II. §. 1180.*

***) cf. *Frankfurtifche Wechselrefp. P. I. refp. 15, pag. 17. 18.*

genere manet petitio indemnitate contra quoscunque, quos alias regressus tenet; sed non nisi processus ordinarius petenti patet, cum mediis probandi confestim liquidis et plenae probationi sufficientibus destituatur. Suffragantur etiam huic opinioni complures constitutiones cambiales *), ac doctores **; quanquam non desint, qui omnem omnino actionem post protestationis omissionem tum in processu cambiali, tum etiam ordinario deneget ***). Id quod non nisi in eo casu justum et aequum censeo, cum hi, contra quos alias regressus pateret, omissione protestationis culposa damnum perpessi sint. Culpam enim qui commiserit, ipse sentiat. Hanc ergo limitationem regulae praecedenti adhuc esse adjiciendam censeo ****).

*) cf. *Allg. preuss. Landr.* §. 1015. 1054. 1063. — *Poln. Wechselordn.* v. 1775. §. 2. n. 5. in *UHL.* cont. IV. pag. 5.

**) e. g. *SIEVEKINGIUS* §. 142. 143.

***) Ex his esse videntur e. g. *Riccus exerc.* X. Sect. 5. §. 10. ibique citati, cf. etiam *Frankfurt. Wechselresp.* P. I. resp. 11, n. 13. sqq. pag. 14. 15.

****) cf. *SIEVEKINGIUM* l. c., qui etiam, quomodo culpaestae probatione quodammodo te munire possis, §. 145. docet.

